



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXXIII. Quæ caritas iueicio sanctorum Patrum sit Perfectio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

quasdam proiicit : quas cum Dauid probasset, *psal. 83.*
clamauit: *Cor meum & caro mea exultauerunt in
deum vinum : & propter has elegit abiectus esse in
domo Dei sui , magis quam habitare in tabernaculis
peccatorum: quoniam melior est dies vna in hisce atris
super millia.* Sanctorum plurimi mundum, & o-
mnia quæ in mundo sunt, palatia prædiaque ad
voluptatem composita, delicias denique om-
nes, hisce micis posthabuerunt: ac deserta loca
seruantes, in oratione & contemplatione, velut
satelli sub mensa, multis annis hisce deliciis im-
pleri sunt. Verum in hac mortalitate impleri
bonis possumus, satiari non possumus.

C A P. XXXIII.

*Qua Caritas iudicio sanctorum Patrum sit
PERFECTIO.*

EX his, quæ diximus, id argumenti con-
fici potest: nullum esse virtutis genus,
quod hisce aliisue prærogatiuis, veræque P E R -
F E C T I O N I S insignibus, Caritatis splen-
dorem aut superet, aut etiam exæquet: merito-
que eidem Caritati P E R F E C T I O N I S no-
men ac titulos esse tribuendos, quando quidem
nos beatos efficiat, & æternæ felicitatis præli-
tationes quasdam cælestesque delicias præci-
pere faciat. Illud porro cognoscendum super-
est: *Quæ & qualis Caritas hæc decora ac prærogati-*

*Qua Cari-
tas sit Per-
fectio.*

PRECIVS
O port
Oms



Eccle. 4. *Caritas triplex: incipiens, proficiens, & perfecta.* *nas mereatur.* Nam & in Caritate sunt gradus *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Fortis est simplex, duplex fortior, fortissimus triplex. Est namque Caritas incipiens, & illa funiculus simplex est & proficiens, & merito duplex: perfecta, & hæc funiculus triplex, & fortissimus, & qui non facile frangatur, vel etiam nullo modo.

Li. de spir. & lit. c. 33. (ut insinuat Augustinus) illa est, quæ in iustificatione infunditur, antequam quisquam operari incipiat: proficiens, quæ ab eo tempore ad ultimum vitæ occasum operatur: perfecta quæ post hanc vitam in patria consummatur. Funiculus primus & secundus frangi possunt: hic nullo modo, quia Caritas, vinculum perfectionis numquam inde excidit. Hos funes texuisse Deus videtur, cum ait: *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.* Addit & secundum: *Qui sanat omnes infirmitates tuas.* denique tertius est: *Qui coronat in misericordia & miserationibus.* Idem Augustinus contra Iulianum, explicans illud Lucae *Ecce eiicio demonia & sanitates perficio hodie & cras & tertia die consummor:* gradus ac funiculos distinctos inter se respondere vult. Dum enim infirmificamur, dæmonia eiciuntur: dum proficimus, quæ est dies secunda, CHRISTVS sanitates perficit: sed dies tertia consummat omnia, & infractam inuiolatamque Caritatem reddit.

Col. 3.

Psal. 102.

Li. 6. c. 19.
Luc. 13.

Tract. 5. in dit.
epist. Ioan.

Hos gradus incipientium, proficientium, & perfectorum, idem Augustinus & cum eo Doctores Scholastici paulo aliter exponunt: viti-

cipiens esse censeatur illa Caritas, quæ vitiis & *D. Th. 2. 2.*
 tentationibus primum irruentibus omni animi *q. 24. ar. 9.*
 conatu repugnat: proficiens vero, quæ magna
 ex parte suppressis vitiis, virtutibus acquiren-
 dis rota incumbit: perfecta demum, quæ quie-
 rem affecta, profligatis tentationibus pericu-
 losis, adepraque facilitata e ad actus virtutum
 ærecendos, amoru diuino ac cœlestium rerum
 commentationi, arduisque ad Dei gloriam fa-
 moribus subeundis feruenter intendit. Id in *Apposita*
 igne, qui ex lignis viridioribus conficitur, videri *compara-*
 potest: etsi enim fomenta stipulamque subiicias *tio.*
 difficulter tamen ligna ignem concipiunt, hu-
 more nempe ignis ficcitati repugnante: opus
 est flatu ac fomite validiori: nihilominus non
 ante ardebit, quam fumum, fridorem, lacry-
 masque multas emiserit: vbi vero strues flam-
 mam concepit, eo ardet fortius ac impotentius,
 quo maiori vi ligna velut aduersarium peruasit
 atque occupauit: nec facile extingues, ardet e-
 nim & lucet, vrit & impetum facit in omnia vi-
 cina, & ex eo minus gratus, quod æquo sit ve-
 hementior: denique fumo flammaque sopita,
 maturus ipse quodammodo ignis in ligna ac car-
 bones plenum dominium exercet, & in sua ve-
 lut quiete, perfectione, ac fine acquiescens, ne-
 mini est incommodo. Sic iis qui incipiunt vir-
 tutis caminũ accedere, luculento fomite Cari-
 tatis opus est: sed ij perturbationũ ac tentatio-
 num fumos reddunt plurimos: stimulisq; car-
 nis ac prauis voluptatum humorib. gratiæ resi-
 stentibus, sæpe strepitus excitatur, lacrymæ
 cien-

RECIUS
 pert
 ois

cientur, donec flamma populetur vim omnem oppositam. Et quidem feruor magnus pietatis erumpit, sed prudentia saepe desideratur, magna que cautela adhibenda est, ne ab aduersario nostro ardor ille vel opprimatur omnino, vel in auras prorsus euanescat: ubi vero & tentationum morsus, motuumque concupiscentiae rabies deserit, & animi impotentia sese remiserit, tota Caritas dominatur, Deoque, quo ipsa incenditur, potiri incipit, ac frui, & in eo tamquam sine cum aliorum ædificatione conquiescit.

Incipientē

Caritatem

non esse

Perfectionem.

In opusc. 18

de Perfect.

c. 3. 4. 5. 6.

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

66

39 Ex quo sequitur non omnem Caritatem esse PERFECTIONEM: non incipientem; nam alioqui & infantes, & inconstantissimi peccatores, atque adeo qui virtutes vix à mine salutassent, perfecti esse dicerentur. Quare D. Thomas, hanc questionem tractans, quatuor Caritatis constituit gradus. Id enim perfectum dicitur, cui nihil deest in ordine ad aliquem finem: quapropter nihil repugnat, quo minus aliquid nunc perfectum, nunc imperfectum dicatur, si ad diuersos gradus, vel etiam fines referatur.

Gradus

quatuor

Caritatis.

I.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Amor infirmus.

Secun-

Id ad b

quant

ira dili

um fin

ne prim

Deum t

mortale

qui dicit

dem ait

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

im.

Secundus gradus non ad viatores pertinet, ^{2.}
 sed ad beatos; qui Deum diligunt non quidem *Beatorum.*
 quantum diligibilis est, sed quantum potest crea-
 tura diligere, ita vt de eo semper actu cogitet; in
 eum sine intermissione per affectum feratur, &
 ne primos quidem cupiditatis motus contra
 Deum sentiat. Horum comparatione omnes
 mortales imperfecti sunt: ideoque Apostolus,
 ut dicit, *Quicumque perfecti sumus, hoc sentiamus; Phil. 3.*
 Item ait, *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus*
sum.

Tertius gradus est, diligere Deum, non quan- ^{3.}
 tum diligibilis est, non quantum potest creatu- *Omnium*
 ra vel absolute vel in hac vita diligere, sed tamen *iustorum.*
 ita, vt nihil æque aut magis quam Deum diligit
 est, nihil admittat contrarium diuinæ Dile-
 ctioni: & hic gradus præceptus est omnibus, &
 quandam habet PERFECTIÖNEM, li-
 cet respectu eminentiorum sit imperfectus; vñ *i. Ioan. 2.*
 de Diuus Ioannes, *Qui seruat, ait, verbum eius,*
vere in hoc Caritas Dei perfecta est. & tamen Do-
 minus ei, qui se omnia præcepta seruasse refere-
 bat, ait: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ* *Matth. 19.*
habes, & da pauperibus. In hoc tamen gradu,
 qui primus est mortalium, duplicis generis ho-
 mines sunt, incipientium & proficientium. V-
 terque ad maiorem PERFECTIÖNEM
 aspirat: alter impedimenta remouet; alter velut
 pedilequas quasdam seu virtutum nonnullarū
 functiones parat, quæ perfectiori Caritati fa-
 uolentur.

Quartus gradus est, diligere Deū nō quantum ^{4.}
Perfectiorū
 dili-

diligibilis est, nec quantum potest creatura
quælibet absolute diligere, sed quantum po-
test creatura mortalis, quæ à se remouit omnia
diuini Amoris impedimenta, & totam sese Dei
obsequio consecrauit. Qui in hoc gradu sunt,
imperfecti reputantur respectu beatorum: sed
respectu eorum qui incipiunt & proficiunt,
perfecti censentur. Qui tres solum gradus, sunt
funiculus ille triplex qui difficile rumpitur: nam
PERFECTIO Dei ac beatorum ad dispu-
tationem nostram nequaquam pertinet. Que-

*Tract. 5. in
epist. S. Ioa.
ante me-
dium.*

re D. Augustinus dictos gradus ita distinguit:
Numquid Caritas mox ut nascitur (ait) iam perfecta
est? ut perficiatur, nascitur: cum fuerit
nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: cum
fuerit roborata, perficitur: cum ad PERFECTIO-

Phil. 1.

NE M venerit, quid dicit? Mihi viuere Christus
est, & mori lucrum. Hæc ille. Gradus ergo sunt
IN PERFECTIOE, alii que aliis perfectio-

*In Psal. 36.
in prince-
pio.*

res: hinc Beda: Sunt in corpore Christi duo gene-
ra: scilicet perfectiores boni, & minus perfecti. Veri
enim minus perfecti sunt adhuc illi, qui videntes ma-
los feliciter viuentes, & in omni terrena prosperitate
florentes, indignantur de flore eorum, & ipsum aspi-
ciant. Contra hos tales vero, perfectiores alii agunt in
hoc Psalmo, instruentes eos ne murmurent de flore
malorum, neue ipsum appetant, ne forte eis confirmati
fiant: imo spem suam in Domino ponant, & malum
æternaliter in ipso gaudere, quam hic cum malis ad

*Serm. 19. in
Cant.*

horam gaudere. D. Bernardus item, qui in-
starum animarum quasdam adolescentulis
existimat, quasdam sponsæ nomine dignas a-

goscit:
ut capi
um m
pant ad
de oleo
ere habi
nti non
ntis he
pa, & o
id est,
a. cum a
atur in
tibi sin
man si
gina re
sunt: in
quentes
propre
ætern
quitate
more se
super p
ut, vt,
um: hab
domini
hec ille
æe cor
nicus C
tior o
et uino
unque
us diu
gno-

goscit: Hi ergo omnes (loquitur de Angelis)
 capiunt, diligunt. Sed enim adolescentulae quo-
 minus sapiunt, minus capiunt, nec omnino suf-
 ficiunt ad sublimia: paruulae quippe in Christo sunt, la-
 da & oleo nutrienda. Ergo ex vberibus sponsae opus su-
 mere habent vnde diligant. Illud Ruperti o-
 mirti non debet D. Virginis elogium, expli-
 cantis hoc Sponsi Canticum: Sexaginta sunt Re-
 nae, & octoginta concubinae: vna est columba mea.
 quod est, ait, hoc dicere, nisi quod etsi multa sint fide-
 lae anima, & propter fidem, quae per Dilectionem o-
 scatur in eis, laudabiles: nulla tamen earum, o Ma-
 riam, tibi similis est? sicut veraciter predicamus, quia nec
 similem visam es, nec habere sequentem. Nam
 uirgine recte dicuntur illae anima, quae perfecta Carita-
 te sunt: in eo videlicet, quod eundem dilectum tuum
 sequentes, nihil terrenum, sed ipsum solum quarunt:
 non propter metum gehennae, sed propter Amorem vitae
 aeternae peccatum fugiunt, virtutemque amando,
 iniquitatem oderunt. Concubinae vero illae sunt, quae sub
 amore seruiunt: nec eius PERFECTIIONIS,
 sed super preceptum velint addere consilium, scilicet
 ut, relicto omnibus, solum sequantur hunc dile-
 ctum: habentes quidem in fundamento Christum, sed
 in hominum amantes aliqua quae huius mundi sunt.
 Nec ille. Quapropter funiculus quo Deo adhæ-
 re constituis, infusa Caritate fortis est: nam
 vincit Caritatis gradus, cum adiunctis auxiliis,
 fortior est daemionibus omnibus: si vero acce-
 dit virtutum comminutio ac destructio, virtu-
 tumque subsidium, longe fortior erit, ac diffici-
 lius diuelles atque abruptes: non tamen in eo

PER-

Lib. 6. in
 Cant.
 Cant. 6.

RECIVS
 de portis
 ois.

Perfectio- nem in Ca- ritate pro- ficiente nõ consistere. PERFECTIO adhuc constitui potest, quia hæc Caritas graditur tantum ac proficit, virtu- tumque destituta est præsidio: at vero si hostem Caritas supplantarit, si armorum inultorum, si infracti roboris cœlitus missi fiat accessio, cet- te funiculus hic triplex difficillime rumpe- tur.

Perfecta Caritatis duo officia. 40. Illud tamen in perfecta Caritate obfer- uatione dignum, eius esse duas partes. Vna a- mantem inflectit ad amici Dilectionem, et quæ- rit ut bene velit ac precetur suadet: de eius præsen- tia gaudeat, delectetur consortio ac congressu gratuletur de bonis adeptis. Et hic quidem ve- ritatis splendor ac laus in percipienda voluptate maxima est. Altera omnes veræ amicitiz ca- sas ita considerat, ut non solo affectu fructum Caritatis, sed maxime voluntatum amantium consensione metiatur: hinc in Canticis sponsus

Affectus mouere. 1. *Voluntatium consensio.* Cant. 4. Spõsam alloquens, *Vulnerasti*, ait, *cor meum*, *mea sponsa : vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum.* Per oculum Patres intentionem inco- ligunt. Ut enim oculus hominem deducit ad scopum propositum, & ab omni errore liberat: ita ratio ad Deum rectissima per- tingendi, pura diuini honoris intentio est, quæ adeo diuinæ illi & infinitæ Maiestati placet, ut se vulnerari hoc telo fa- eatur. Est enim in- tentio actus qui à primo amoris fonte oritur: nam qui amat, rem amaram desiderat: qui desiderat, quærit & intendit, ardentique conatu profe- quitur. Hic oculus est, & vnus quidem: nam vnus est necessarium. Non vult cœlestis Sponsus

August. li. 2. q. Euan- gel. c. 15. Be- da in c. 11. Lu. li. 4. c. 50. tomo. 5.

torum confortem. Coangustatum est stratum, Lib 5 in
vult alter decidat: & pallium breue vtrumque operi- Iob, c vlt.
non potest. Aliam analogiam oculi ac Carita- in sine.
infect Gregorius. Quid est aliud Caritas, ait,
mens mentis oculus? qui si terreni amoris puluere tan-
getur, ab interna luce mox intuitu laesus reuerbera-
tur. Verum etsi hoc Caritatis officium placeat, Cant. 4.
non sufficit tamen; addit enim, Et in vno crine col- In Caritate
livi. Per collum animi submissio intelligitur; perfecta in
crinem, & quidem vnicum, praecepta o- cludi mā-
mnia diuina intelliguntur. Non ergo satis est datorium
consilio, affectu in ipsum ferri: vult & obedi- Dei obser-
entiam ac submissionem, & quidem talem, vt nihil uationem.
relinquas, quod Dei obsequio non conle-
ctas, ne crinem quidem vnum; sciasque te per-
tatum iri, si vel vno crine alteri quam ipsi ser-
uas. Non abs re fuerit narrare, quod non ita
idem euenisse constat. Fassa est nuper malefi-
ca in carcere, dæmonem, cum in specie iuuenis
mistici apparuisset, & in herbis quibusdam col-
legendis iuuisset, exiguo licet tempore, labo-
ris mercedem exegisse. Illa mirata mercedem
pro collecto manipulo, & quidem à paupere,
postulari, petijt quid vellēt. Respondit sibi ab-
e satisfactum iri, si vel vnum capitis crinem
perfolueret. Concessit illa quod postularat.
ole, chirothecam exuens, ad uncis digitis (vt i-
la referēbat) pilum euulsi ē capite, & in eam
alico vnius crinis donatione plenum domi-
um accepit.

In vno crine colli omnia mandata contineri, in-
actu facile est: nam obedientia praeceptis o-
mni-

G g

LIBER PRIMVS
De obedientia
omni

mnibus obtemperat, quæ Caritatis vel vnici
præcepto continentur. Vt ergo Caritas perfecta
fit, sanctæ intentionis oculo colli crinis vnus
iungi debet: vt sit illa Caritas, quam Doctores
vocant obediensalem, seu ea quæ amicitie veteris
leges omnes complectitur, quæque præcepta
in mutæ voluntatis consensione, officiorum
ac mandatorum executione perficitur. De hac

Ioan. 14.

Christus Dominus: *Si quis diligit me, sermonem
meum seruabit*, tantique Christus facit hanc Car-

Ibidem.

ritatis functionem, vt statuatur non sufficere alteram,
quæ solo affectu nititur, dicens: *Qui non
diligit me, sermones meos non seruat.* Hinc D. Gregorius

Homil. 30.

gorius, *Probatio*, ait, *Dilectionis, exhibitio est operum*
& Regius Propheta, quanti fecerit hoc vt potissimum

Psal. 118.

Caritatis officium ostendens, ait: *Latius
& statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. In mandatis
tuis exercebor, & considerabo vias tuas. In iustificationibus
tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos.*

Psal. 16.

& alio Psalmo: *Propter verba labiorum tuorum
custodini vias duras.* & D. Ioannes: *Qui dicit se
scire Deum, & mandata eius non custodit, mendax est.*

1. Ioan. 2.

*in hoc veritas non est: qui autem seruat verbum eius
vere in hoc Caritas Dei perfecta est.* denique Christus

Matth. 7.

ait: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit
in regnum cælorum; sed qui facit voluntatem
Patris mei, ipse intrabit in regnum cælorum.*

Quod vt de præceptis ijs quæ ad diuinum
honorem cultumque pertinent, maxime re-
rum sit; de ijs tamen quæ ad colendos homines
operamque eis ferendam spectant, idem
Seruator sic obseruari voluit, vt videatur ful-

honoris memoriam deposuisse, & in hominum
 animam ac Caritatem transtulisse, cum ait: *Hec Ioan. 15.*
mando vobis, vt diligatis inuicem. Hoc est praeceptum
meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Quod ve-
ro verbo mandauit, re ipsa exercuit, cum sese
pro peccatoribus, pro hostibus, pro indignis
addidit. Certe maiorem hac Dilectionem nemo ha- *Ibidem.*
uit, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Quid
quis ponat pro inimicis? Ipse autem est pastor Ioan. 10.
meus, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & pro
perge suo mori dignatus est.

Vult etiam nos proximos nostros diligere, *Caritas*
 non tantum affectu, sed effectu & opere: alio- *proximi.*
 quin quid prodest si animo diligam, id ipsum re-
 nente ope operaque manifestare desinam? hinc
 Ioannes: *Qui habuerit substantiam huius mundi, 1. Ioan. 3.*
et viderit fratrem suum necessitatem habere, & clau-
dit viscera sua ab eo, quomodo Caritas Dei manet in
eo? Idcirco addit: Non diligamus verbo neque lin- *Ibidem.*
gua, sed opere & veritate. Certe Apostoli, vt in
actis Apostolorum legimus, parati erant non
tantum pro nomine IESU contumeliam pati, sed & *Act. 5.*
pro fratribus animas ponere. Ethnicine verba, an *1. Ioan. 3.*
perfecti Christiani sunt, quae Seneca protulit? Seneca ep.
ait, amicum paro pro quo mori possim: vt habeam q̄ circa
meum in exilium sequar, cuius morti me opponam & medium
pendam.

Illam ergo est PERFECTIO seu Caritas per- *Qua sit Per-*
 fecta, quae peccata omnia abiicit ac purgauit, *fectio seu*
 neque amorē proprium exiit; cupiditatem carnis, *perfecta*
 superbiam, diuitiarumq; sitim ac studium pro- *Caritas.*

fligauit; voluntatem propriam iudiciumque; pertinacius ablegauit; passiones omnes ita extinxit, vt non tam impedimento sint, quam adimento; internos sensus externosque dormitaco composuit. Mundo post hæc nuntium remiserit oportet, omnibusque quæ mundi sunt re-nuntiatione perfecta valédixerit; seipsum carnemque suam abnegauerit; virtutum omnium subsidium pro virili accersuerit; in Dei superiorumque manus & voluntatem animum mentemque pure ac integre resignauerit: paratum se offerat interea Dei voluntati in omnibus obsequi ac parere, gloriam eius etiam magno suo incommodo promouere, iustitiam animarumque pereuntium salutem ardentem sitire, & pro Dei amicitia vel conseruanda, vel augenda, bona omnia temporalia, corporalia, vitamque

Patrum testimonia de Perfectione. ipsam libenter profundere. Audiamus quales virum perfectum Patres describant; qualemque velint eam esse Caritatem, quæ nos in hac vita bebet ac perficiat.

I.

Amb. lib. i. de Iacobis vita beata, c. vlt.

B. Ambrosius, *Hæc, inquit, vita iusti, qui etiam quasi habeat facultates, communes æstimare debent; imo etiam inopibus diuidere, ac dispensare pauperibus; recidere voluptates proprias; tenuare sumptum, abibere parsimoniam temperantiæ; sobrietatem tenere in prosperis, patientiam in aduersis; in dolore tolerantiam, magnanimitatem in periculis; sanitatis perpetua vota nescire; mortis imminentiis terrore non committi; neque eum præsantiorum non putare, cui secundum naturam liberi, propinqui, salubritatis, libertatis, affluentia redundarint, quam cui illa defuerint;*

...ue externis saculi, sed virtutis domestica merito
...sare.

Item, Perfecti est viri, inquit, communitatem
...sustentare animi virtute, & ad meliora ad-
...dere; nec succumbere his que plerisque terribilia &
...formidolosa videntur, sed quasi fortem militem gra-
...simum casuum sustinere incursum, conflictus sub-
... & quasi prouidum gubernatorem nauim in tem-
...state regere, atque occurrendo insurgentibus flucti-
...magis vitare naufragium sulcando vndas, quam
...declinando. Non iste in persecutione pavidus, non in
...mentis mollior, ne torquentem exasperet, sed quasi
...libera fortis, qui repercutiat verberantem, si non ca-
...lis, certe sermonis flagello; qui metuenda multis tor-
...menta despicit, dicens, Sagitta infantium facta sunt
...eorum: qui cum grauissimo licet dolore lucte-
...ur, nec se miserabilem prabeat, sed ostendat, tanquam
...lateralumen, etiam inter asperas procellas & gra-
...uissimos statum suam lucere, neque extingui posse, ani-
...mi virtutem. Addit idem, virum perfectum in in-
...urijs seipsum sustentare, abiecta & vilia non cu-
...rare; in misera captiuorum sorte viles animos
...non inquirere, sed verbo & exemplo aliorum fla-
...gitia instar iudicis reprehendere: eum etiam
...omnes a malo abducere, ad bonum impellere,
...incolumitatem corporis & vniuersas res terre-
...neas aspernari, virtutes diligere, proprias volun-
...tates rescindere, & ipsam mortem non timere.

Perfectorum
fortitudo.

Psal. 63.

2.
D. Ephram
lib. de ex-
tremo iudi-
cio, & com

Gg 3 vere

VIRI
PERFECTI
LIB. DE EX-
TREMIS IUDICII

punctione
cordis, cir-
ca mediū.
Caritatis
mira lau-
des.

Rom. 8

Idem ibid.

vere sanctum, pretiosam margaritam, vitæ thesaurum, Deum cuius nulla est satietas, possideat. Si ergo quis sic Deum sincere diligit, nequaquam in terra eius cogitatio, sed sursum semper, ubi & diligit, & desiderat, & fitit anima ut perfruatur. Inde & dulcedinem sentit, & illuminatur, & perpetua dulcedine Amoris Dei satiatur. Vere etenim gaudio atque dulcedine plena est Dilectio Dei; & beatus ille qui gustauerit eam, non est exsatiatus ab ipsa. Sed quis eam, putas, digne explicare poterit? Paulus Apostolus, qui gustauit eam, & satiatus est ex ea, sic proclamat & dicit: Neque altitudo, neque profundum, neque ipsa vita, neque mors futura, neque cuncti Angeli, neque Principatus, neque Potestates, neque creatura alia, neque quacumque alia firmo poterunt animam separare à Caritate Dei, qua gustauit dulcedinem eius. Hucusque sanctus hic Patrum expressit officium Caritatis hominem demulentis, suoque incredibilis dulcedinis fructu perfundentis. De altero sic persequitur: Delicatissimum ac molle vinculum est Dilectio Dei, & tamen gladius anceps eam scindere non potest. Dissecuerunt tyrannorum membra sanctorum martyrum, Caritatem autem eorum nequaquam dissecare potuerunt. O molle & delicatissimum vinculum, admirationis & miraculorum plenum, quod nec incidi nec dissolui potest! Gladius eam non discindit, neque ignis exsoluit. Membra secabantur, sed Caritas non secabatur; membra comburebantur, at vincula Caritatis non dissoluebantur: demergebantur rursus in profundum corpora Sanctorum, Caritas autem eorum nullo unquam modo demergi perit. Ligabantur iterum Sanctorum membra, verum Caritas in ijs prorsus ligata non est.

D. Aug. de operante Caritate ita luculen-
 Excusationem in Dei iudicio non habebitis, nisi vos
 in bonis operibus exercueritis, & eorum, que audistis,
 tanquam pluuia fructum congruum dederitis. Fructus
 congruus opera bona, & sincera Dilectio, non solum fra-
 tris, sed & etiam inimici. Supplicem nullum spernas, &
 cui dare non potes quod petierit, non eum spernas. Si
 potes dare, da; si non potes, affabilem te presta. Coronat
 Deum intus voluntatem, vbi non inuenit facultatem.
 Nemo dicat, Non habebam: Caritas non de sacculo
 rogatur; quia quidquid dicimus, & quidquid diximus,
 & quidquid dicere poterimus, vel nos, vel qui post nos,
 vel qui ante nos, non habet finem, nisi Caritatem; quia
 finis precepti est Caritas. & alio loco: Potes mihi di-
 cere, Non habeo quod tribuam egenti, non possum ieiun-
 are, frequenter, & a vino & a carnibus abstinere non
 possum. nunquid potes mihi dicere Caritatem te habere
 non posse? Et hæc quidem de communibus operi-
 bus, de arduis vero sic ait: Caritas in aduersitati-
 bus tolerat, in prosperitatibus temperat; in duris passio-
 nis sortis, in bonis operibus hilari, in tentatione tu-
 tissima, in hospitalitate latissima; inter veros fratres
 latissima; inter falsos patientissima; in Abel per sacrifi-
 cium grata, in Noe per diluuium secunda, in Abrahe
 peregrinationibus fidelissima, in Moysse inter iniurias
 lenissima, in Dauidis tribulationibus mansuetissima; in
 tribus pueris blandos ignes innocenter expectat, in Ma-
 chabais sauos ignes fortiter tolerat; casta in Susanna
 erga virum, in Anna post virum, in Maria preter vi-
 rum; libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad
 obediendum, humana in Christianis ad confitendum,
 diuina in Christo ad ignoscendum.

3.
 D. Aug in
 Psalm. 103.
 serm. 1. in
 fine, tom. 8.
 Neminem
 excusari
 posse ab ope-
 ribus Ca-
 ritatib.
 1. Tim. 1.
 Li. 50. hom.
 6. tom. 10.
 Tract. de
 laud. Ca-
 rit. qui in
 edit. Plant.
 est 39 inter
 serm. de
 tempore.

LIBER PRIMVS
 DE CARITATE
 DE CARITATE



4. 44. Audiamus Chryostomum in hoc argu-
 mento triumphantem; qui explicans illa verba,
 Chryf. ho. Diliges proximum tuum sicut teipsum. post multa
 32. in 1 Co- rinth. 13. post
 medium. præclara ait: Propterea perfecta in ipsum Caritatis
 Matt. 22. signum esse dixit, proximum diligere. Si enim, & Petrus
 inquit, diligis me plus his, pasce oves meas. Vidisti quomodo
 modo rursus hic quoque tacite significavit hoc esse ma-
 ius martyris. Siquis enim haberet et dilectum filium, &
 Caritatem
 maiorem
 esse mar-
 tyris,
 pro quo vel ipsam daret animam, deinde quisquam pa-
 trem quidem amaret, filium autem minime attende-
 ret, patrem valde irritaret, si neque sui sentiret Dile-
 ctionem propter contemptum filij. Si autem in patre
 & filio hoc accidit, multo magis in Deo & hominibus.
 Deus enim est amantior & beneuolentior, quam om-
 nes homines. & infra: Propterea cum dixisset pri-
 mum & magnum mandatum, Diliges Dominum
 Deum tuum; subiunxit, Secundum autem; & non
 filium, sed addidit, eius simile. Diliges proximum tuum
 sicut teipsum. Vide autem quomodo cum eadem feru-
 exuperatione eam quoque exigit: nam de Deo quidem
 dicit, Ex toto corde tuo; de proximo autem tuo, Sicut
 teipsum; quod perinde est atque, Ex toto corde tuo,
 nam si hoc exacte seruaretur, non esset seruus, non li-
 ber; non princeps, non qui pareret principi; non diues,
 non pauper, non paruus, non magnus, non diabolus, ni-
 Idem ibid. quam esset cognitus. & assurgens in laudes Carita-
 tis subiungit: Ea est mure fortior, adamante fir-
 mior ac durior; eam non vincunt diuitie, non pauper-
 tas: imo vero non esset paupertas, non immodice di-
 uitiarum copia, si esset Caritas; sed ea sola, que ex
 vtrisque sunt bona: nam & perciperemus eam, que ex
 illis existit, abundantiam: & que ex hac oritur, cura

& solitudinum vacuitatem : & neque curas
 caritatum neque paupertatis metum sustineremus.
 Quid dico lucra quae ex ea fiunt ? nam ipsum per se
 cogere, cogita quantum sit, quantam adferat leti-
 tiam, in quam magna gratia constituat animam,
 quod quidem est eius eximium : nam aliae quidem par-
 tes virtutis, laborem habent coniunctum, ut ieiunium,
 temperantia, vigilia inuidiam, cupiditatem, contem-
 tum ; Caritas autem cum lucro & multam habet
 voluptatem, & nullum laborem, & sicut bona apu-
 ta, ubique sunt bona colligens, ea deponit in anima
 eius qui diligit ; & si quis seruiat, libertate iucundio-
 rum reddit seruitutem : nam, qui diligit, non tam le-
 tatur si imperet, quam si ei imperetur, etiam si impe-
 rare sit iucundum ; sed ipsa transmutat rerum natu-
 ram, & accedit habens omnia bona in manibus ; quauis
 matre mitior, quauis Regina locupletior, & quae sunt
 laboriosa, leuia facit & facilia ; virtutem quidem fa-
 cilem, acerbissimum autem nobis reddes vitium. Qui-
 bus verbis sanctus Doctor pæne partes singulas
 complexus est, quas de laudibus perfectæ Ca-
 ritatis deduximus. Sed pergit vltcrius, & homi-
 nem Caritate præditum, seu perfectum, non
 amplius hominem, sed Angelorum similli-
 mum esse denuntiat. Vidisti, inquit, quemadmo-
 dum Angelum, suum alumnium paulatim facit Cari-
 tate ? Quando enim fuerit ab ira remotus, & ab inuidia
 mundus, & liber ab omni tyrannica animi perturba-
 tione, traductus est etiam ad ipsam Angelorum impa-
 ribilitatem.

Beatus Gregorius in eandem sententiam vi-
 tum perfectum ita depingit : Ille vere perfectus

Gg s est,

Hom. 33. in
 1. Cor. 13.
 ante med.
 Homo per-
 fectus Ca-
 ritate si-
 milis An-
 gelis.

Greg. lib. 5.

LIBER PRIMVS
 DE PAUPERE

Moral. c. est, qui erga imperfectionem proximi impatiens non
 14. est: nam qui, alienam imperfectionem ferre non
 valens, patientiam deserit, ipse sibi testis est, quod
 perfecte necdum proficit: hinc in Euangelio Veritas
Luc. 21. dicit, In patientia vestra possidebitis animas ve-
 stras. Quid est enim animas possidere, nisi perfe-
 cte in omnibus vivere, cunctis mentis motibus ex vir-
 tutis arce dominari? Qui igitur patientiam tenet,
 animam possidet: quia inde contra adversa
 omnia fortis efficitur, vnde sibi & seipsum vincen-
 do dominatur. Et quo se laudabiliter frangit, in-
 fractum se fortiter exerit: quia cum in suis se vo-
 luptatibus superat, sese ad contraria inuictum pa-
 rat.

6. 45. D. Bernardus scribens ad Henricum Se-
 nonentem Archiepiscopum, docet eum in quo
 D. Bern. PERFECTIO consistat, quam ad Episcopa-
 e 2. 42. tum conferre necesse sit. Verum, ait, quan-
 longius post talibet venustate sui castitas eminere appareat, sine
 iustitiam. Caritate tamen nec pretium habet, nec meritum.
 1 Cor. 13. Nec mirum: quod enim bonum absque illa suscipitur
 fides? sed nec si montes transferat. Scientia? sal-
 ne illa quidem quæ lingua loquitur Angelorum. Ma-
 tyrium? Nec si tradidero, inquit, corpus meum
 ita ut ardeam. Nec absque illa quodlibet bonum
 suscipitur, nec cum illa quamlibet exiguum respici-
 tur. Castitas sine Caritate lampas est sine oleo:
 subtrahere oleum, lampas non lucet; tolle Caritatem,
 castitas non placet. Sed o quam pulchra est (ut
 Sap. 4. Sapiens clamat) casta generatio cum Caritate! cum
 illa, inquam, Caritate, quam describit Apostolus
 1 Tim. 1. de corde puro, & conscientia bona, & fide non si-

Porro puritas cordis in duobus consistit: in qua-
 randa Dei gloria, & utilitate proximi; ut in omni-
 bus videlicet actibus suis, vel dictis, nihil suum querat
 Episcopus, sed tantum aut Dei honorem, aut salutem
 proximorum, aut utrumque. Hoc enim agens, imple-
 nit non solum Pontificis officium, sed & etymologiam
 nominis, pontem utique seipsum faciens inter Deum &
 proximum. Pertingit pons iste vsque ad Deum, ea fi-
 lucia, qua non suam, sed illius gloriam querit: pertin-
 git vsq; ad proximum, illa pietate, qua & ipsi, non sibi,
 prodesse desiderat.

Denique Diuus Thomas, cum PER-
 FECTIONEM in Caritate constituendam esse
 definiuisset, qua id ratione fiat subiunxit,
 dicens: PERFECTIO NE CIRCA CARITATEM prin-
 cipaliter considerata, plane accipi potest in quo
 PERFECTIO spiritualis vite consistat. Sunt enim
 duo precepta Caritatis; quorum vnum pertinet ad
 Dilectionem Dei, aliud autem ad Dilectionem proxi-
 mi. Quae quidem precepta ordinem quendam ad in-
 uicem habent secundum ordinem Caritatis. Nam id
 quod principaliter Caritate diligendum est, est sum-
 mum bonum, quod nos beatos efficit, scilicet Deus:
 secundo vero diligendus est ex Caritate proximus,
 qui nobis quodam socialis vite iure coniungitur in
 beatitudinis perceptione vel participatione. vnde
 hoc est quod in proximo ex Caritate debemus dilige-
 re, ut simul ad beatitudinem perueniamus. Haec
 autem ordinem preceptorum Caritatis Dominus
 in Euangelio ostendit, dicens: Diliges Dominum
 DEVM tuum ex toto corde tuo, & in tota anima
 tua, & in tota mente tua; hoc est maximum & pri-
 mum

7.
 D. Thom.
 lib. de perf.
 vita spirit.
 c. 2.

Matth. 22.

Gen. 17.

num mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Primum igitur & principaliter consistit spiritualis vita PERFECTIO in Dilectione Dei: vnde Dominus ad Abram loquens dicit: Ego Dominus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus. Ambulatur autem coram Deo non passibus corporis, sed affectibus mentis. Secundario vero consistit spiritualis vita PERFECTIO in proximi Dilectione, vnde Dominus cum dixisset, Diligite inimicos vestros, & plura subiunxisset, quoad Dilectionem proximi pertinent, concludit in fine: Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester coelestis perfectus est.

Matth. 5.

C A P. XXXIV.

Quibus operibus PERFECTIO acquiratur.

Lib. 2. de
finib. circa
medium.
Voluptatis
seu Perfe-
ctionis de-
scripto.

CLeantes, vt refert Cicero, tabulam verbis pingere solebat. Iubebat eos, qui audiebant, secum ipsos cogitare pictam in tabula voluptatem, pulcherrimo vestitu, & ornatu regali, in solio sedentem: praesto esse virtutes, vt ancillas, quae nihil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi vt voluptati ministrarent, & eam tantum ad aurem admitterent (si modo id pictura intelligi posset) vt caueret, ne quid perficeret imprudens, quod offenderet animos hominum, aut quidquam e quo oriretur aliquis dolor. Nos quidem virtutes sic nate sumus, vt tibi seruiremus aliud negotij nihil habemus. Hæc ille. Nos nacti sumus